Pro furto [1] autem nolumus omnino quodlibet [2] membrum abscindi, aut mori, sed aliter eum castigari. Fures [3] autem vocamus, qui occulte & sine armis hujusmodi delinquunt. Eos vero qui violenter [4] aggrediuntur aut cum armis, aut sine armis, in domibus aut itineribus [5], aut in mari [6], poenis eos legalibus subdi jubemus. Ut autem non solum corporales poenæ, sed etiam pecuniariæ mediocres fiant, fancimus eos, qui in criminibus accusantur, in quibus leges mortem [7] aut proscriptionem definiunt: si convincantur, aut condemnentur, eorum substantias non fieri lucrum judicibus aut eorum officiis, sed neque secundum veteres leges fisco [8] eas applicari, sed si quidem habent descendentes & ascendentes usque ad tertium gradum, eos habere [9]. Si vero mulieres [10] habeant qui condemnati sunt: omnibus modis jubemus iistas & dotem & antenuptialem donationem accipere. Si vero tine dote talibus personis conjunctæ fuerint: a legibus definitam [11] partem de tota substantia condemnati eas accipere: sive filios habeant, sive non. Si vero neminem prædictorum habeat qui deliquit: tunc fisco sociari ejus substantiam. In majestatis [12] vero crimine condemnatis, veteres leges servari jubemus.

EPILOGUS.

† Providentiam igitur adhibeto gloria tua, ut præsentem sacram legem nostram, & in alma hac urbe proponat, & per provincias mittat infinuetque harum præfidibus, quo magis omnes subditi intelligant, quantam pro ipsis geramus providentiam. Dat. Kal. Maji, *Constantinop.* Dom. JUSTIN. PP. Aug. * Basil. [13] V. C. CONS.

TIT. XVIII.

NE QUIS COGATUR BONIS [14] CEDERE.

NOVELLA CONSTIT. CXXXV.

PRÆFATIO.

Quibus maxime rebus divinum a nobis numen placari perhibetur, ea sane inter subditos jugiter incrementum accipere, atque elucescere contendimus. Zosarius quispiam ex Mysis oriundus [15] cum [16] lacrymis porrectis precibus nos edocuit, quod cum pecuniarum publicarum pariter & privatarum nomine conveniretur a clarissimo provinciæ præside per contumeliam, & quidem solam. Neque enim creditit de iis pecuniis propriarum rerum fuarum persecutionis libellos oblatum iri, id quod injustissimum habetur, & inter ea capitula quæ cum primis adferunt molestiam. Ubi enim locorum justum est, ut is qui in universum ex accidenti [17], non supina negligentia res suas amisisse traditus effet, denuo per vim ad ignominiosiam [18] vitam transponatur, & ad quotidiani victus, neque non (ut licet conjicere) amictus corporis inopiam adigatur?

CAP. I.

De his edocti, alacriterque cupientes id, quod deterius est, per melius corrigere, quo magis ea re omnium optimus Deus concilietur, neque [19] calamitosi aliquid nostris geratur, inque usu habeatur temporibus: fancimus [20], ut nemini gloriosissimorum aut magnificentissimorum magistratuum liceat rei causa cessionis bonorum necessitatem alicui eorum inferre, qui de prædictis causis *propter* [21] *pecunias publicas forte, aut etiam privatas* judicium sustinent, aut hujusmodi contumeliis uti, ac prætextibus, perinde quasi dum corporis [22] supplicium ipsi remittitur, maluerit rerum suarum amissionem capessere potius, quam cum inopiæ jugo itidem ad mortem usque premi opprobrio ignominiæ [23]. Jusjurandum [24] tamen per adoranda præbeat eloquia, *quod nullam rerum causa occasionem aut aerum reliquum* [25] *habeat, unde aeris alieni supplementum faciat.* Præterea si qua ipsi jura lex vel ex hereditate, vel cognatorum donatione in rebus mobilibus præsteat, in quarum possessione nondum confitutus sit, competere tamen ipsi videantur, possintque [26] creditores vel partem ex iis, vel etiam totum colligere, extra tamen res uxoris, *siquidem revera ad illam pertineant*, hoc fiat, creditoribusque hujusmodi actionum vindicandi, & in personam ejus, qui aliquando jurium futurus sit dominus, actiones instituendi, sive præsens debitor est, sive non, & (ut simpliciter dicamus) quoad actionem & vindicationem rerum consistendi in persona ejus, qui ita fuerit obnoxius, licentia sit.

EPILOGUS.

† Diligens itaque & virtutis amans magnificentia tua, ea, quæ tam pie nobis placuerunt, observato: decem librarum auri multam ei, qui ex iis aliquid, quæ de his a nobis sancita sunt, transgredi præsumpserit, irrogans. Neque enim absque periculo erit, sed & vitæ periculum inferetur iis, qui vel sola cogitatione tenus ea quæ juste a nobis per hanc sacram exprimuntur legem, transilire attentaverint. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* BELIS. V. [27] C. CONS.

TIT. XIX.

DE ARGENTARIORUM [28] CONTRACTIBUS [29].

NOVELLA CONSTIT. CXXXVI.

PRÆFATIO.

Qui in corpore ac collegio consistunt argentariorum hujus almæ urbis, hi supplices apud potentiam nostram facti, de multis nos capitulis petierunt, potiri cupientes auxilio, ut qui multis [30] se utiles præbeant, *unde* [31] *sponsiones & mutui obligationes periculo plenæ acceditent.* Nam cum sacra nostra exstat constitutio [32], quæ vult, *ut exactiones ordine fiant, ac primum quidem principales res, & res eorum excutiantur, deinde vero & fidejussores & mandatores neque non constitutæ pecuniæ vel:* ab hac legislatione ipsorum eximi consortium, & pati omnium gravissima, si ipsi quidem constitutionis auxilio uti nequeant, sed protinus exigantur: cum vero constitutæ pecuniæ obligationes ab aliis percipiant, non item ipsis satisfaciant, qui pecuniam constituerint mandatoresve in eam rem aut fidejussores extiterint, & convenire, ut ipsi communium legum participes sint, aut sibi constitutio nostra non adverfetur.

CAP. I.

Sancimus igitur, ut cum aliqui ex his qui argentariæ mensæ præpositi sunt, mutuam alicui pecuniam dederint [33], & vel constitutæ pecuniæ reos, vel fidejussores, vel mandatores in eam rem acceperint, opponaturque ipsis constitutio, & ordo per eam introductus: nihilominus & in ipsis constitutio obtineat, nisi [34] speciale pactum fecerint, *ut creditori licentia sit, tam principalem debitorem quam mandatorem atque fidejussorem, & constitutæ pecuniæ reum convenienti, non expectato* [35] *constitutionis gradu.* Propter ingens enim illud studium, quod argentarii circa publicos contractus adhibent, hujusmodi pacta conventa admittimus: cum non videantur contra legem esse, propterea quod *unicuique integrum est bis, quæ ipsi a lege data & concessa sunt, renuntiare* [36]. Proinde sicubi tale pactum fiat: licitum ipsis esto, tam principalem debitorem, quam mandatorem & fidejussorem, atque alias porro personas convenire. Ut quidem si nullum pactum adscriptum sit, penitus & in ipsis valeat constitutio [37]. Si pacta vero adscripta sint: simul formam ac regulam [38] addant contractui, simul exinde inferatur exactio.

CAP. II.

Secundum vero ipsis capitulum de altera illa exceptione erat, quam pridem [39] fecimus, cum quis argentariæ mensæ præpositus militet, aut filios suos militare faciat, ut nequeant eo militantes ipsorum filii uti, quasi non ex paternis, aut alfunde quæritis pecuniis militent, sed creditorum: & petierunt, ut aut neque in ipsis hujusmodi locum haberet præsumptio [1], aut ipsis quoque eadem suppeterent, ut si quis mutuo ab ipsis sumpto militet, aut etiam ejus filii, neque debitum possit aliunde dissolvi, vel ex istiusmodi militiæ ejus, aut filiorum venditione, fatis ipsis fiat. Nos igitur cum neque simpliciter legem [2] proposuerimus, sed cum convenienti observatione neque facile subverti ipsam sustineamus: fancimus, ut sacra constitutione valente, neque hac præsumptione, quæ secundum sacram constitutionem contra ipsos protenditur, sublata, quandoquidem multi, cum contrahunt, non suis omnia pecuniis facere videantur: habeant & ipsi hoc privilegii [3], ut si quis militet, aut ejus filii, ipsius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, si de numero earum sit, quæ vendi solent. Consimiliter autem & filiorum nisi manifestissime ab ipsis comprobetur, quod vel ex maternis filiorum bonis vel ex principali largitate militia ipsis acceflerit. Nam si debitum aliunde dissolvere nequeant: tunc argentariæ mensæ præpositis etiam ex filiorum militia fatisfiat: siquidem ipsorum gratia hanc legem proponimus, opponentes eam præsumptioni, quæ ex constitutione nata est. Et quemadmodum [5] illa prædictam contra ipsos præsumptionem effecit: ita & nos contrarium ipsi remedium addentes, his solummodo, qui de prædicto consortio sunt, liberalitatem nostram explicamus propter communem [6] ipsorum utilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis se periculis immiscent, ut ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur.

CAP. III.

Porro neque illud abs re dicere visi sunt, si cuipiam mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati sint ad nonnullarum [7] mobilium aut immobilium rerum emptionem, & certam auri summam dederint, *& mutuata pecunia res empta sit*, ut prorsus ipsi ea in re potiora jura habeant, neque distortione aliqua tententur: sed simul ac ostenderint suis pecuniis eam rem comparatam [8] esse, neque possint debitores pecunia ipsis numerata satisfacere: res istiusmodi pecuniis empta perinde ipsis addicatur, quasi revera ab ipsis emptio celebrata foret, & nidus [9] emptoris appellatio fuisset appolita. Neque enim justum est, ut qui [10] tam largiter pecunias suas profundunt, non item primum [11] & extra omnem controversiam positum ordinem in rebus sua pecunia [12] comparatis teneant: dumtaxat si in contractibus scriptura interveniente celebratis hypothecæ aliqua facta sit mentio. hoc namque si observaverint: totum habituri sunt, quod a nobis petierunt: imo vero etiam amplius quam petierunt: si quidem omnibus præstantiora ipsis jura in iis rebus concedimus, quæ ipsorum pecuniis emptæ probantur. Si tamen contractus factus sit, aut fiat, nulla scriptura interveniente, ipsique vel pecuniam numeratam dederint, vel (quod maxime apud argentariæ mensæ præpositos fieri consuevit) species [13] aliquot mundi forte muliebris, aut argenti, quod ob ejusmodi datur venditurve, pro quo tamen pretium [14] nondum perceperint: tunc liceat ipsis hæc tanquam sua vindicare, etsi hypothecarum jus in iis non habeant. Neque enim illi possidebunt aliena: & cum aurum pro pretio non solverint, frustra detinebunt ea, quæ ipsis ab aliis tradita sunt: sed sive ad heredes transmiserint, heredes eorum pro ipsis, vel ipsa data reddent: sive ad heredes non pervenerint, licebit hæc ipsis vindicare, nulla contra ipsos hypotheca in eorum rebus, quæ per alios forte quæsitæ sunt, valitura.

CAP. IV.

Quia vero legem tulimus, ne argentariæ mensæ præpositi ultra [15] besses usuras fœnerarentur, docuerunt autem nos, quod cum sine scripto fœnerari soleant: hi deinde illiberales se circa usuras præbeant, propterea quod & mutuum sine scripto contractum, neque stipulatio interpolita sit: scilicet juxta illud quod vulgo dicitur, *non convenire, ut usuræ citra* [16] *interpositam currant stipulationem*: quamquam multi [17] casus sint, in quibus vel sine stipulatione & ex pacto nascatur usurarum obligatio: nonnunquam etiam hæ, tametsi non ex pactis, sed suapte [18] sponte introducantur, tamen exigantur: propterea fancimus, ut usuræ ipsis non solum ex stipulatione, sed etiam absque scripto præbeantur, nimirum tales quales ipsos lex stipulari permittit, hoc est usque ad besfem [19] centesimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati sunt, hos utique per hujusmodi minutias injuriam perpeti, justum non fuerit.

CAP. V.

Insuper de hoc [20] quoque nos instruxerunt, quod hi qui cum ipsis contrahunt, cum instrumenta contractus & ratiocinia conficiunt, partim publicae ea in foro componunt, partim ipsi propria manu conscribunt, partim ab aliis conscriptis subscribunt: petieruntque, ut si quid ejus generis conscribant, ii qui cum ipsis contrahunt, teneantur obnoxii & ipsis satisfaciant, neque possint hoc in usum assumere & dicere, quod tametsi instrumenta five confessiones, five ratiocinia omnia manu sua conscripserint, aut aliis scribentibus his subsignarint, aurum tamen, quod in iis comprehenditur, datum non sit: & ut existe hypothecas habeant, & besses usuras, quamvis scriptæ non sint, tamen percipiant Nos itaque, quoniam ejusmodi communia, ac publica sunt & majore consideratione indigent: respondemus ad hæc, uti conveniens est. Et quidem si quis publicum instrumentum confecerit, aut totum propria manu conscripserit, aut etiam instrumentis, vel ratiociniis ab aliis conscriptis subscripserit: ut omnibus modis tam ipse, quam heredes ejus personalibus scilicet actionibus teneantur obnoxii, fancimus. Neque enim temere hypothecam dederimus his qui de ea pactum non fecerint, nisi omnino in scriptura eorum quæ in bonis sint comprobetur facta esse mentio, aut ipsi bona sua pignori opposuerint, aut saltem hoc simpliciter adjecerint periculo eorum quæ in bonis habeant, aut denique aliquid proloquuti fuerint, aut conscripserint, ejusmodi, quod intellectum quendam hypothecæ adferat. Tunc enim ipsis etiam hypothecam præbemus, ut neque legum nostrarum in universum naturam perturbemus, neque ipsos tolerabili defraudemus auxilio. Usuræ sane liquidem certas pepigerint, pactæ præstentur. Si vero dumtaxat scriptum fuit, quod fœnerantium credicum extiterit: nequeant contrahentes dicere, quod ex quo usuræ finitæ non sunt, propterea & debitum sterile haberi debeat, sed ex præsumptione [21] ita celebretur exactio, quasi besses usuræ expressis verbis nominatæ sint, atque hoc quidem cætero observetur: in ratiociniis vero, quæ jam confecta sunt, & si nulla usurarum habita sit mentio: tamen quia manifestarium est, quod apud argentariæ mensæ præpositum folummodo contractus sub usuris ineatur, cum non possit, qui ipse usuras dependit, sine usuris dare impendia: liceat ipsis besses usuras expetere, ut tamen de cætero observent ea, quæ præsens ipsis sacra lex largitur.

CAP. VI.

In illo utique casu nimis quam ipsis open ferimus, ut si ratiocinia proferantur, quæ expresse quamque causam [22] habeant adscriptam, in quam aurum datum est, atque hic ratiociniis ipsis subscripserit: etsi [23] singulas in ipsis causas propria manu non scripserit, aut etiam confessionem de hoc aliquam sive sub specie mutui, sive ex acceptilatione, sive etiam aliter non confecerit: nequeat amplius ab eo qui hoc fecit, singularum causarum particulatim probationes exigere: nisi forte ex abundanti velit vel ipsi, vel creditoris heredibus jusjurandum [24] deferre. hoc enim solum ei concedimus: intra tamen ea tempora [25], quæ exceptioni non solutæ pecuniæ attributa sunt. Nam si id quoque tempus præterire contigerit, neque jurejurando ipsos gravamus; id quod etiam in generalibus legibus desciplinius, quamquam ne hoc quidem ex usu erat: nam eum qui propria manu vel scripsit, vel tradidit ratiocinia, quomodo justum fuerit putare ita dissolutum extitisse, ut quæ data non essent, pro datis scriberet?

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quam quicunque præterea reipub. nostræ magistratus, inviolata custodire in perpetuum studeto: decem librarum auri pœna imminente his, qui hæc vel transgrediuntur, vel transgredi patiuntur. Dat. Kal. April. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. BASIL. V. C. [26] CONS.

TIT. XX.

DE ORDINATIONE [27] EPISCOPORUM [28] ET CLERICORUM.

NOVELLA CONSTIT. CXXXVII.

Antonio Contio Interprete.

Imperator Justinianus Augustus Petro magistro officiorum.

PRÆFATIO.

Si civiles leges, quarum potestatem nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientium fecuritatem studemus, quanto plus studii adhibere debemus circa sacrorum canonum & divinarum legum custodiam, quæ super salute nostrarum animarum definitæ sunt? Qui enim sacros canones [29] custodiunt, domini Dei adjutorio digni sunt: qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetipsos judicio reddunt obnoxios. Majori [30] igitur condemnationi subjacent sanctissimi episcopi, quibus concreditum & commissum est & canones inquirere & contervare, si quod eorum prætermissum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Sane cum hactenus canones observati non recte fuerint, diversas ex eo passi sumus interpellationes contra clericos & monachos, & quosdam episcopos, ut qui secundum divinos canones non viverent, & quidam etiam inter eos inveniretur, qui nec ipsam quidem vel sanctæ oblationis [31] vel sancti baptismatis orationem teneret aut scirent [32].

CAP. I.

Dei igitur intelligentes & animo infigentes judicium, singulorum quæ nobis delata sunt, inquisitionem simul & correctionem justimus canonice procedere. Si [33] enim illa quæ a laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquisitionem & vindictam manere, quomodo a sanctis apostolis & patribus super omnium hominum salute canonice

---

1 Aliud pro latrocinio, nam latroni vita adimitur. vid. 2. *Feud.* 28. *tit. de pace tenenda* §. 5. & §. *si quis quinque solidos.* l. 28. §. 15. *ff. de pœnis.* Fures tamen interdum capitaliter puniti sunt. *l. pen. ff. de cond. causa data.*

2 Puta linguam (quæ tamen pertinet Nov. Leonis abscindituri. vid. quæ dixi ad *Nov.* 77. *fortè hic.*) nares (quæ tamen amputantur furibus lege Longobardorum *l. de latronib. l. fi qui latro. C. de Longobard. de furtis.* vid. *Novell. Leon.* 32.) aures (quo supplicio Perfarum reges affecerunt quosdam captivos Græcorum. Diod. *lib.* 17. *anno 6. Alexandri.*) oculos (de exacutione dicam ad *Nov. Leonis* 92.) testes (seu testiculos: die idem in castratione. vid. *Nov. Leonis* 80.

3 Fures qui dicantur. 4 Latrones hi dicuntur. 5 Ii sunt grassatores

6 Il sunt piratæ; de quibus *l.* 3. §. 1. *ff. nautæ, caupon. l.* 18. *ff. commodati.*

7 Bona ad mortem damnati vel proscripti eum confiscantur *Nov.* 17. *c.* 12.

8 Hinc fumpta est Authentica, *Bona damnatorum lege* 17. *Cod. de bonis proscript.*

9 *Confiscation n'est point de lieu ès pays de droict escrit. Nov.* 17. *c.* 12. & ita abrogatur *lex* 1. *ff. de bon. damn. l.* 4. *C. de bon. proscript.* quosdam casus excipe, puta crimen majestatis, *l.* 6. *C. ad l. Jul. majest.* incestarum nuptiarum, *Nov.* 12. Die idem, si quis calsitatem non fervaverit, poft folutum calsitatis causa matrimonium, *Nov.* 117. fed ea de re dicam plenius *ad tit. C. de bon. proscript.* 10 *l.* 9. *C. de bon. proscript.* Goth. Discibilitudinem hujus §. cum *Novell.* 17. *c.* 12. *& auth. bona damnatorum. Cod. de bon. proscript. seu damnatorum.* vid. apud Rittershus. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 35. Anf.

11 Id est, quartam *Nov.* 117. *c.* 5.

12 Vid. *l. c. C. ad l. Jul. maiestatis.* 13 Anno 30. post consulatum BASILII V. C. anno 15. Cnjac. *hic.* id est, anno 541.

14 Celere bonis tremo cogitur, ut hic: de cessione bonorum adde *L.* 42. *ff.* 3. *C. L.*7. *Cod.* 71. vide Paponem 10. *Arr.*10. *de cession de biens.* Petrum Gregorium 12. *Synt.* 8. ubi tractat de cessione bonorum *c.* 9. de personis & qui cedere bonis possint *c.* 10. quibus & pro quibus debitis, cessio fieri non possit *c.* 11. de præscripta cessionis bonorum auxilium non porrigi ad fidejussores cedentium *c.* 13. de fine præcipuo cessionis *c.* 14. de ratione inducendi beneficium cessionis *c.* 15. num hoc beneficium cessionis locum habeat, quoties quis debiti causa fe carceribus tenori obtrinsecum faciendam admitti, sive nude, sive jurejurando cessionis beneficio renunciet, id confirmarum legimus Arretio, cujus meminit Papo 10. *Arrest.* 10. *num.* 2.

15 Et ita ex territorio imperatoris. Legis Julie beneficium ad solos cives pertinebat, *Cod. de bonis quib. Goth.* Snet. *c.* 41. *in Jul.* Tacit. *l.* *Annal.* poftea indultum extraneis *l.* 4. *Cod. qui bon. ced.* In Gallia extranei non fruuntur hoc beneficio. Pap. 10. *Arrest.* 10. *n.* 12. Contra, apud Flandros indigene non juvantur beneficio cessionis, nisi id beneficii a Principe magnis conditionibus impetraverint ex Caroli quinti sanctione hac anno 1541. vide Petrum Gregorium 22. *Arr.* 9. *num.* 16.

16 Cedere bonis non potest, qui voluntate sua inops factus est. *Butrigarius.* Cur? cessio non admittitur, nisi urgentibus creditoribus, vide Petrum Greg. 22. *Syntagm.* 9. *n.* 16. 17 Ex τῆς ἀκριβείας καὶ ἡ μεθυμίας. recte, nam qui ex negligentia sua, non ex aliquo casu fortuito decoquunt, non procul ab infamia funt. Lex Focia cum clarissimi, ut equites in XIV. ordinibus federent, decoctores excepit. Cicero *Philipp.* 2. Plin. 33. *cap.* 2. Florus *Epitome* 99. Hujus etiam conditionis homines Adrianus in Amphitheatro catamidiari justit, Galli, *Mitter*, Spartianus *in ejus vita*, ut pleriscque locis hodie fit in foro: & Beotis eadem lex fuit: Nicolaus *apud Stobæum c.* 42. ut & Solonis, Laertius 1. alias, cessio bonorum non infamat, ut *infr. hic.* 18 Ἀκμιαῖον τὸν βίον σωφρονισμόν. dixi *supr.* id genus infamiæ pertinere posse ad decoctores, non ad quosvis bonis cedentes *l.* 11. *C. ex quibus caus. infam. l.* 3. *i. fi. ff. de cess. bonor. l.* 2. *l.* 4. *C. qui bon. cedere.* adde *Nov.* 4. *c.* 3. *in fin.* adde *Theophil. Inst. quibus ex causis manumittere.* is utique, cujus bona venduntur, videtur infamia adfici. dixi *l.* 2. *ff. de excusatio.*

19 Fuit hæc introducendæ bonorum cessionis ratio συσχέσεως, de qua vide Petrum Gregorium 22. *Syntagm.* 14.

20 Res ita habet, Qui fine vitio ad inopiam funt redacti debitores, carcerem, vincula, & verbera patiuntur. *infr. hic. ibi, dum corporis suppliciun ipsis remittitur. l.* 1. *C. l. ult. C. qui bon. cedere, l.* 1. *C. Theod. hoc tit.* nisi maluerint cedendo bonis infamiam experiri, *infra.* Qui vero non fuo vitio, fed casu sunt ad id redacti, carcerem non patiuntur, non vincula, non verbera, qui bonis cedunt: fed cum primum bonum copiam ejuraverint, id eft, cum primum probaverint inopiam proprio vitio fibi non accidiffe, fed vitio, hiberorum carcere, cruciatuque omni corporis. Horum. 22. *Illuft. in fin.*

21 Hinc conflat, Debitoriperfidium effe: Superfluum, inquam, quia non coguntur bonis cedere, & tamen carcerem evitant. Effectus quidem bonis cedunt: quia bonorum omnium venditionem patiuntur: fed ea formula (quæ fpecfem habeat ignominiæ) bonis cedere non cogunturr. 22 Decoctores corporis fupplicium evit. fic bonis cedendo hinc colligunt. corporis, inquam, at non omnino famæ. *fupr. hic & infr. hic.* 23 Και τῶ τῆς αἰσχυνῆς μέρει συλλήπτωρ ἀναίρεσις.

24 Cessionis bonorum faciendæ varias variarum gentium formas vide apud Petrum Gregorium 22. *Syntagm. c.* 12. & debitori zonam folvi ex *l.* 15. Gelli. 12. ex Horatio 2. *epift.*

25 Quid fi bonis cedens fidejuffori idoneum dederit? eo casu beneficium cessionis facile reo non profecit eundem vitio aliqno non fuo, factum fuiffe non folvendo.

26 Cedens bonis non bus obnoxia, conveniatur ergo in iis bonis, fed quitenus tantum facere potefi *l.* 4. *ff. hic.* nec enim fraudandus alimentis quotidianis eft *l.* 5. *& tit.* Quid fi debitori ceffionem non petenda alia quota debiti & in poftea meliorem ad formam pervenerit? Si creditores dolo perduxti quotam remiferint, negant interpretes debitorem exceptione pacti juvari. vide Petrum Gregor. 22. *Syntagm.* 13. *num.* 2.

27 Id eft, anno 541.

28 Adde *Nov.* 4. *in fin & l.* 2. *in fin. C. de conflit. pecunia.* Goth. Vid. Gudelin. *de jure Novissimo lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 19. Anf.

29 *Edict.* 9. *Juftinianus* 23. *Erlog.* 4. De argenti diftractoribus qui & ἀργυροπράτε vocantur. Jul. *conf.* 117.

30 Argentariorum officium publicum cautam habet *cap.* 2. *infr. hic.*

31 Intercedunt enim fœlicet ut ceteri conftituendo.

32 *Novell.* 4. *cap.* 3. *in fin.*

33 Per argentariusquam rem principalem convenire poffint.

34 Argentariis ftipulari licet, ut fidejuffores difficultonis.

35 Id eft, non fervato ordine

36 Vid. *l.* 29. *C. de pactis.*

37 Id eft, *Nov.* 4.

38 Τὸ κανονίζον τὰ συναλλάγματα. Pacta informant contractum, & legem dant contractui. *l.* 1. §. 5. *ff. depofit. Vid. l.* 52. *ff. de verb. obligationibus.*

39 Id eft, anno 528.

rum: & petierunt, ut aut neque in ipsis hujusmodi locum haberet præsumptio [1], aut ipsis quoque eadem suppeterent, ut si quis mutuo ab ipsis sumpto militet, aut etiam ejus filii, neque debitum possit aliunde dissolvi, vel ex istiusmodi militiæ ejus, aut filiorum venditione, fatis ipsis fiat. Nos igitur cum neque simpliciter legem [2] proposuerimus, sed cum convenienti observatione neque facile subverti ipsam sustineamus: fancimus, ut sacra constitutione valente, neque hac præsumptione, quæ secundum sacram constitutionem contra ipsos protenditur, sublata, quandoquidem multi, cum contrahunt, non suis omnia pecuniis facere videantur: habeant & ipsi hoc privilegii [3], ut si quis militet, aut ejus filii, ipsius quidem militia omnibus modis obnoxia teneatur, si de numero earum sit, quæ vendi solent. Consimiliter autem & filiorum nisi manifestissime ab ipsis comprobetur, quod vel ex maternis filiorum bonis vel ex principali largitate militia ipsis acceflerit. Nam si debitum aliunde dissolvere nequeant: tunc argentariæ mensæ præpositis etiam ex filiorum militia fatisfiat: siquidem ipsorum gratia hanc legem proponimus, opponentes eam præsumptioni, quæ ex constitutione nata est. Et quemadmodum [5] illa prædictam contra ipsos præsumptionem effecit: ita & nos contrarium ipsi remedium addentes, his solummodo, qui de prædicto consortio sunt, liberalitatem nostram explicamus propter communem [6] ipsorum utilitatem, quam in contractibus exhibent, dum multis se periculis immiscent, ut ingruentibus aliorum necessitatibus medeantur.

CAP. III.

Porro neque illud abs re dicere visi sunt, si cuipiam mutuentur, aut etiam præterito tempore mutuati sint ad nonnullarum [7] mobilium aut immobilium rerum emptionem, & certam auri summam dederint, *& mutuata pecunia res empta sit*, ut prorsus ipsi ea in re potiora jura habeant, neque distortione aliqua tententur: sed simul ac ostenderint suis pecuniis eam rem comparatam [8] esse, neque possint debitores pecunia ipsis numerata satisfacere: res istiusmodi pecuniis empta perinde ipsis addicatur, quasi revera ab ipsis emptio celebrata foret, & nidus [9] emptoris appellatio fuisset appolita. Neque enim justum est, ut qui [10] tam largiter pecunias suas profundunt, non item primum [11] & extra omnem controversiam positum ordinem in rebus sua pecunia [12] comparatis teneant: dumtaxat si in contractibus scriptura interveniente celebratis hypothecæ aliqua facta sit mentio. hoc namque si observaverint: totum habituri sunt, quod a nobis petierunt: imo vero etiam amplius quam petierunt: si quidem omnibus præstantiora ipsis jura in iis rebus concedimus, quæ ipsorum pecuniis emptæ probantur. Si tamen contractus factus sit, aut fiat, nulla scriptura interveniente, ipsique vel pecuniam numeratam dederint, vel (quod maxime apud argentariæ mensæ præpositos fieri consuevit) species [13] aliquot mundi forte muliebris, aut argenti, quod ob ejusmodi datur venditurve, pro quo tamen pretium [14] nondum perceperint: tunc liceat ipsis hæc tanquam sua vindicare, etsi hypothecarum jus in iis non habeant. Neque enim illi possidebunt aliena: & cum aurum pro pretio non solverint, frustra detinebunt ea, quæ ipsis ab aliis tradita sunt: sed sive ad heredes transmiserint, heredes eorum pro ipsis, vel ipsa data reddent: sive ad heredes non pervenerint, licebit hæc ipsis vindicare, nulla contra ipsos hypotheca in eorum rebus, quæ per alios forte quæsitæ sunt, valitura.

CAP. IV.

Quia vero legem tulimus, ne argentariæ mensæ præpositi ultra [15] besses usuras fœnerarentur, docuerunt autem nos, quod cum sine scripto fœnerari soleant: hi deinde illiberales se circa usuras præbeant, propterea quod & mutuum sine scripto contractum, neque stipulatio interpolita sit: scilicet juxta illud quod vulgo dicitur, *non convenire, ut usuræ citra* [16] *interpositam currant stipulationem*: quamquam multi [17] casus sint, in quibus vel sine stipulatione & ex pacto nascatur usurarum obligatio: nonnunquam etiam hæ, tametsi non ex pactis, sed suapte [18] sponte introducantur, tamen exigantur: propterea fancimus, ut usuræ ipsis non solum ex stipulatione, sed etiam absque scripto præbeantur, nimirum tales quales ipsos lex stipulari permittit, hoc est usque ad besfem [19] centesimæ. Nam qui omnibus propemodum indigentibus opem ferre parati sunt, hos utique per hujusmodi minutias injuriam perpeti, justum non fuerit.

CAP. V.

Insuper de hoc [20] quoque nos instruxerunt, quod hi qui cum ipsis contrahunt, cum instrumenta contractus & ratiocinia conficiunt, partim publicae ea in foro componunt, partim ipsi propria manu conscribunt, partim ab aliis conscriptis subscribunt: petieruntque, ut si quid ejus generis conscribant, ii qui cum ipsis contrahunt, teneantur obnoxii & ipsis satisfaciant, neque possint hoc in usum assumere & dicere, quod tametsi instrumenta five confessiones, five ratiocinia omnia manu sua conscripserint, aut aliis scribentibus his subsignarint, aurum tamen, quod in iis comprehenditur, datum non sit: & ut existe hypothecas habeant, & besses usuras, quamvis scriptæ non sint, tamen percipiant Nos itaque, quoniam ejusmodi communia, ac publica sunt & majore consideratione indigent: respondemus ad hæc, uti conveniens est. Et quidem si quis publicum instrumentum confecerit, aut totum propria manu conscripserit, aut etiam instrumentis, vel ratiociniis ab aliis conscriptis subscripserit: ut omnibus modis tam ipse, quam heredes ejus personalibus scilicet actionibus teneantur obnoxii, fancimus. Neque enim temere hypothecam dederimus his qui de ea pactum non fecerint, nisi omnino in scriptura eorum quæ in bonis sint comprobetur facta esse mentio, aut ipsi bona sua pignori opposuerint, aut saltem hoc simpliciter adjecerint periculo eorum quæ in bonis habeant, aut denique aliquid proloquuti fuerint, aut conscripserint, ejusmodi, quod intellectum quendam hypothecæ adferat. Tunc enim ipsis etiam hypothecam præbemus, ut neque legum nostrarum in universum naturam perturbemus, neque ipsos tolerabili defraudemus auxilio. Usuræ sane liquidem certas pepigerint, pactæ præstentur. Si vero dumtaxat scriptum fuit, quod fœnerantium credicum extiterit: nequeant contrahentes dicere, quod ex quo usuræ finitæ non sunt, propterea & debitum sterile haberi debeat, sed ex præsumptione [21] ita celebretur exactio, quasi besses usuræ expressis verbis nominatæ sint, atque hoc quidem cætero observetur: in ratiociniis vero, quæ jam confecta sunt, & si nulla usurarum habita sit mentio: tamen quia manifestarium est, quod apud argentariæ mensæ præpositum folummodo contractus sub usuris ineatur, cum non possit, qui ipse usuras dependit, sine usuris dare impendia: liceat ipsis besses usuras expetere, ut tamen de cætero observent ea, quæ præsens ipsis sacra lex largitur.

CAP. VI.

In illo utique casu nimis quam ipsis open ferimus, ut si ratiocinia proferantur, quæ expresse quamque causam [22] habeant adscriptam, in quam aurum datum est, atque hic ratiociniis ipsis subscripserit: etsi [23] singulas in ipsis causas propria manu non scripserit, aut etiam confessionem de hoc aliquam sive sub specie mutui, sive ex acceptilatione, sive etiam aliter non confecerit: nequeat amplius ab eo qui hoc fecit, singularum causarum particulatim probationes exigere: nisi forte ex abundanti velit vel ipsi, vel creditoris heredibus jusjurandum [24] deferre. hoc enim solum ei concedimus: intra tamen ea tempora [25], quæ exceptioni non solutæ pecuniæ attributa sunt. Nam si id quoque tempus præterire contigerit, neque jurejurando ipsos gravamus; id quod etiam in generalibus legibus desciplinius, quamquam ne hoc quidem ex usu erat: nam eum qui propria manu vel scripsit, vel tradidit ratiocinia, quomodo justum fuerit putare ita dissolutum extitisse, ut quæ data non essent, pro datis scriberet?

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc sacram pragmaticam declarantur legem, ea tam gloria tua, quam quicunque præterea reipub. nostræ magistratus, inviolata custodire in perpetuum studeto: decem librarum auri pœna imminente his, qui hæc vel transgrediuntur, vel transgredi patiuntur. Dat. Kal. April. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. BASIL. V. C. [26] CONS.

TIT. XX.

DE ORDINATIONE [27] EPISCOPORUM [28] ET CLERICORUM.

NOVELLA CONSTIT. CXXXVII.

Antonio Contio Interprete.

Imperator Justinianus Augustus Petro magistro officiorum.

PRÆFATIO.

Si civiles leges, quarum potestatem nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientium fecuritatem studemus, quanto plus studii adhibere debemus circa sacrorum canonum & divinarum legum custodiam, quæ super salute nostrarum animarum definitæ sunt? Qui enim sacros canones [29] custodiunt, domini Dei adjutorio digni sunt: qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetipsos judicio reddunt obnoxios. Majori [30] igitur condemnationi subjacent sanctissimi episcopi, quibus concreditum & commissum est & canones inquirere & contervare, si quod eorum prætermissum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Sane cum hactenus canones observati non recte fuerint, diversas ex eo passi sumus interpellationes contra clericos & monachos, & quosdam episcopos, ut qui secundum divinos canones non viverent, & quidam etiam inter eos inveniretur, qui nec ipsam quidem vel sanctæ oblationis [31] vel sancti baptismatis orationem teneret aut scirent [32].

CAP. I.

Dei igitur intelligentes & animo infigentes judicium, singulorum quæ nobis delata sunt, inquisitionem simul & correctionem justimus canonice procedere. Si [33] enim illa quæ a laicis peccantur, generales leges non concedunt extra inquisitionem & vindictam manere, quomodo a sanctis apostolis & patribus super omnium hominum salute canonice

---

1 Quod emitur ab argentario, censetur ac præsumitur emptum eorum nomine, a quibus idem argentarius pecunias accepit, ideoque licet argentarius sibi, liberis vel cognatis suis (hæc enim posttrema particula rette additur a Jul. n. 502.) militiam aliquam emerit, ea tamen militia, tanto jure hypothecæ, præsumitur creditori argentarii obligata. Vicilius si argentarius crediderit alicui pecuniam, & is postea sibi, vel su

ttatuta despici patiemur? Sane multos ex eo maxime deprehendimus in peccata fuisse prolapsos, quod [1] non sunt factæ synodi sanctissimorum sacerdotum, juxta ea quæ a sanctis apostolis & patribus definita sunt. Si enim hoc fuisset observatum, quilibet metuens graven in synodo accusationem, studuisset utique, *& sacras edisce re* [2] *liturgias* [3], *& temperanter vivere*, ne condemnationi divinorum canonum subjaceret: illud quoque nihilominus quibusdam peccandi occasio fuit, quod absque [4] examinatione, & rectæ fidei atque honestatis vitæ testimonio ordinantur episcopi, presbyteri, diaconi. & cæteri clerici. Nam si ad orandum pro populo deliberati, indigni divino ministerio invenian tur, quomodo pro transgressionibus & delictis populi Deum propitiare poterunt? Plane ordinationes sacerdotum *cum omni diligentia & vigore* [5] *fieri oportere*, docet nos & qui inter sanctos censetur Gregorius Theologus, sequutus sanctos Apostolos & divinos canones. Sic enim in magno Apologetico [6]: *Quis* autem (inquit) secundum Pauli canones & definitiones scipsum dirigens, quas de episcopis & presbyteris constituit, ut ficci five fobrii sint, modesti, non vinolenti, non percussores, ad docendum idonei, irreprehensibiles in omnibus, non converfantes malis: non multum aberrare se inveniet ab illa canonum rectitudine? Idemque rursum loquitur [7] in hæc verba: *Mundari* (inquit) *oportet* [8] *primum, ac deinde mundare: sapere, ac deinde sapientiam docere: lucem fieri, & posita illuminare: propinquari Deo, tum alios adducere: sanctificari, tum sanctificare: manu ducere cum manibus, consolare cum consulto.* Et rursus idem sanctis connumeratus Gregorius, de iisdem in eadem oratione istud scribit: *Quis instar figuli uno ipso die fictita ita tornantis, ita repente fingat veri cultus antistitem, cum angelis stantem, & cum archangelis laudes canentem, & Christo consacrisicantem.* Et per hæc quidem indicat ille Theologus, qualesnam oporteat ad facerdotium promoveri. De his autem qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione. *Qui cum nihil* (inquit) *ad sacrum Dei altare & sacerdotium attulerint, nec in virtute & pulchro prius insudarint & elaborarint, simul* [9] *discipuli & præceptores pietatis ostenduntur: & prius quam purgati sint, purgant, heri* [10] *sacrilegi, hodie sacerdotes: heri extra sacra, hodie præsules mysteriorum: veteratores malitiæ, novitii pietate, qui sunt opus atque fabrica bonæ gratiæ, non Spiritus sancti.* Quod autem divini canones prohibent *clericos esse qui secundum uxorem duxerunt*, & inter sanctos Basilius [11] docens, sic ait: Digamos canon ministerio excluit (inquit) & ex iis progenitos. Et hæc quidem sanctus Basilius. In tantum autem patribus sacerdotum cura fuit, ut qui Niceæ convenerunt, canonem [12] ediderint ita habentem: interdixit per omnia magna Synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam [13] habere mulierem, nisi forte aut matrem aut fororem aut amitam, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt.

CAP. II.

His igitur quæ sacris canonibus definita sunt, insistentes, præsentem sanctimus legem, per quam sancimus ut quoties usu venerit episcopum ordinari [14], conveniant clerici & primores [15] civitatis cui ordinandus est episcopus, & propositis [16] sanctis evangeliis super tribus [17] personis pscphismata fieri, & quemque ipsorum jurare secundum divina eloquia, & ipsis pscphismatibus inscribi, *quod neque* [18] *per dationem, neque promissionem vel amicitiam vel gratiam, vel aliam qualemcunque affectionem, sed quod scientes ipsos recte* [19] *& catholicæ fidei, & honestæ* [20] *vitæ* [21], *& excedere* [22] *trigesimum ætatis annum, ipsos elegerint, & quod* [23] *neque uxorem* [24], *neque liberos* [25] *sciunt altiquem ex ipsis habere, nec pellicem* [26] *aut filios naturales sciunt ipsos habere vel habuisse, sed si quis eorum prius uxorem habuit, & illam solam* [27], *& neque* [28] *viduam* [29], *neque a viro separatam, neque sacris canonibus aut legibus interdictam, sed nec mancipium* [30] *publicis additum, aut curialem, aut taxeotam, sive cohortalem aliquem eorum qui electi sunt esse cognoscunt*, præterquam si in monasterio non minus quindecim [31] annis monachicam vitam sine ulla calumnia exegerit: ea sane observatione quæ antea a nobis dicta est, & in talibus personis earumque electione observanda, ut ex tribus ita electis personis melior [32] eligatur electione & judicio ordinantis. Exigi etiam ante omnia ab eo qui ordinandus est, libellum [33] ejus propria subscriptione complectentem quæ ad rectam ejus fidem pertinent. Enunciari [34] etiam ab ipso & sanctam oblationis formulam, quæ in sancta communione fit, & eam quæ fit in baptismate precationem, & reliquas depre cationes. Jusjurandum [35] autem fuscipere eum qui ordinatur per divinas scripturas, *quod neque* [36] *per seipsum neque per aliam personam dedit quid, aut promisit, neque posthac dabit vel ordinanti ipsum, vel his qui sacra pro eo suffragia fecerunt, vel alii cuiquam ordinationis ie ipso facienda nomine.* Si quis autem præter memoratam observationem episcopus ordineur, jubemus & ipsum omnibus modis episcopatu dejici [37], & eum qui contra talem observationem eum ordinare ausus fuerit.

CAP. III. [38].

Si quis autem accusationem [39] instituet contra ordinandos in episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, vel alium clericum, vel etiam abbatem ex quacunque causa, differatur talis ordinatio, & fiat [40] prius inquisitio accusationis præsente etiam accusatore, & ea quæ ab ipso delata sunt, usque ad finem prosequente. Si vero deistat & comperendinet accusator, nihilominus is qui ordinationem factarus est, inquisitionem diligentissimam faciat intra tres menses: & si quidem obnoxium invenerit eum qui accusationem sustinet, sive contra divinos canones, sive secundum nostras leges, prohibeatur ordinatio, si vero accusator aut præsens non probaverit, aut se absentaverit, siquidem clericus sit, proprio gradu depellitor; si vero laicus, competentem coercitionem sustineat. Si autem quis ante examinationem caufæ ordinaverit accusatum: tam ordinator quam ordinatus facerdotio exuuntur.

CAP. IV.

Quando autem quod in canonibus cautum est de synodis sanctissimorum episcoporum per [41] singulas provincias congregandis, hucusque minime observatum est: illud in primis corrigere est necessarium. Sancti igitur Apostoli & patres definierunt, *bis* [42] *in unoquoque anno fieri debere synodos sanctissimorum sacerdotum in unaquaque provincia, & emergentes causas excuti, & competentem accipere correctionem*, hoc est, *unam quidem in* [43] *quarta* [44] *septimana sanctæ Pentecostes, alteram vero Octobris mense.* Nos autem invenientes quod ex hujusmodi negligentia [45] multi diversis peccatis impliciti sunt, jubemus omnibus modis unam [46] synodum fieri singulis annis in singulis provinciis mense [47] vel Junio, vel Septembri: & convenire quidem apud [48] beatissimus patriarchas, illos qui ab ipsis ordinati sunt, & qui non habent jus alios episcopos ordinandi: at apud sanctissimos metropolitas cujusque provinciæ, eos qui ab eis sunt ordinati. Quo in loco motas lites & interpellationes vel pro [49] fide, vel canonicis quæstionibus vel administratione rerum ecclesiasticarum, vel de episcopis & presbyteris, vel diaconis aut aliis clericis, vel de abbatibus, vel monachis, vel de accusata vita, vel de aliarum rerum correctione, moveri quidem & agitari, & convenienter examinari, & eorum correctionem secundum sacros canones procedere, & secundum nostras leges.

CAP. V.

Non solum autem in anniversariis synodis ista quæri volumus, sed etiam quoties quidam sacerdotum vel clericorum, vel abbatum, vel monachorum accusabuntur, vel de fide, aut turpi vita, aut ob aliquid aliud contra sacros canones admissum. Et si quidem episcopus est is qui accusatus est, ejus metropolitanus examinet ea quæ dicta sunt: si vero metropolitanus sit, ejus beatiss. archiepiscopus, sub quo degit. Si [50] vero presbyter vel diaconus vel alius clericus vel abbas, vel monachus, tunc sanctissimus episcopus cui subsunt, examinet delatas hujusmodi querelas: & cum veritas probata fuerit, unusquisque pro qualitate delicti canonicis pœnis subdatur examinantis arbitrio. Hæc autem omnia obtinere volumus non solum in ordinandis posthac episcopis & abbatibus, sed etiam in his qui nunc sunt, & qui ex quibuscunque caufis per canones, & nostras leges interdictis accusantur. Si enim hæc ita observari fuerint, & laici maximum hinc & ad rectam fidem & ad vitæ honestatem profectum promerebuntur & percipient.

CAP. VI.

Ad hæc jubemus *omnes episcopos & presbyteros non in secreto* [51], *sed cum ea voce quæ a fidelissimo populo exaudiatur* [52], *divinam oblationem* [53] *& precationem quæ fit in sancto baptismate, facere*, ut inde audientium animi in majorem devotionem & Dei laudationem & benedictionem efferantur. Sic enim & divinus Apostolus docet, dicens in priore ad Corinthios epistola [1]. *Caterum* (inquit) *si solum benedicis spiritu, is qui idiotæ* [2] *locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni subjiciet Deo sanctum illud Amen? si quidem quid dicas, non novit: tu autem pulchre gratias agis, sed alius non ædificatur.* Et rursus in ea quæ est ad Romanos [3], sic dicit: *Corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Idcirco igitur convenit, ut ea precatio quæ in sancta *allatione* [4] dicitur, & aliæ orationes cum voce a sanctissimis episcopis & presbyteris proferantur Domino nostro Jesu Christo Deo nostro cum Patre & Spiritu sancto, scituris religiosissimis sacerdotibus, quod si quid horum contempserint, & horrendo Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi judicio rationem redituri sunt, & nos ista cognoscentes non relinquemus quieta, & inulta. §. 1. Jubemus autem & provinciarum præsides [5] si quid neglectum ex his quæ statuimus invenerint, primum quidem cogant metropolitas & alios episcopos dictas synodos congregare, & omnia implere quæcunque de synodis per præsentem legem jussimus. si vero eos morantes noverint & remissos, tunc nobis indicent, ut ad competentem protinus correctionem procedamus contra detrectantes synodos celebrare: sciturisvero ipsis præsidibus & obedientibus ipsis officiis, quod si quidem ista non fervaverint, extremis subjicientur suppliciis. Confirmamus autem & per præsentem legem omnia a nobis diversis legibus fancita de episcopis & presbyteris & cæteris clericis, ad hæc & xenodochis & orphanotrophis, & cæteris quicunque venerabilibus locis præsunt.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem manifestata sunt legem, tua claritudo per prothemata in consuetis locis regiæ civitatis affixa in cognitionem omnium perducere festinet, & manifesta facere omnibus qui provinciis præsunt. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. BASIL. V. [6] C. CONS.

TIT. XXI.

DE [7] USURIS SUPRA [8] DUPLUM NON COMPUTANDIS.

NOVELLA CONSTIT. CXXXVIII.

Imp. Just. PP. Aug. Hermogeni Magistro officiorum.

Manifestissima est nostri nominis constitutio [9] quæ usque ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus confecuti sunt: hi quidem qui in duplum ex usurarum quantitate per diversa tempora confecuti sunt, nullam adversus te inquietudinem proponere concedantur: alii autem si simili modo repleti fuerint, eo modo silere compelluntur. Et si debita subsecuti fuerint, fœneratitias cautiones recuperare, vel si remanserint, suis viribus vacare, si [10] preces veræ sunt, præsentis oraculi sanctione decernimus.

TIT. XXII.

INDULGENTIA ILLICITE CONTRACTARUM NUPTIARUM.

NOVELLA CONSTIT. CXXXIX.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri. Imp. Cæsar, Flavius Justin. August. Floro.

PRÆFATIO.

Redit ad nos gloria tua incolas Syndios pagi, neque non Hebræos in Tyro insula, illiciis contractis nuptiis, in facram nostram incidisse constitutionem [11], nec secundum ea quæ de hoc constituta sunt, quartam bonorum suorum partem inferre: jamque [12] ex iis nonnullos in tertia ætate consistere & filiorum patres esse, ac propterea cum lacrymis supplicasse, ne nunc tandem uxores a se dimittere [13] compellantur: sed ut tam ipsas retineant: quam qui [14] ex ipsis procreati sunt filii, aut procreabuntur, successores eorum existant, neque ullam exinde revereantur pœnam.

CAP. I.

Sancimus igitur ut pro hujusmodi indulgentia propter præfatas caufas singuli denas auri libras præbeant, ipsisque vel solis major illa pœna remittatur, & tam uxores, quam qui exinde nati sunt, & (ut poteit fieri) postea nascentur, successores habeant, neque id a nobis in exemplum [15] aliis fancitum intelligatur: fed quocunque alio scituro, quod si quid tale peterit: ultra hoc quod petitis non potietur, etiam facultates amittet [16] atque insuper corporalibus pœnis exceptis, perpetuum incolet exilium. Nemo autem his qui a nobis nostra dignati sunt indulgentia, aut eorum uxoribus existentibusve vel futuris filiis, aut bonis, five ex judiciaria sententia, five alio quocunque modo inquietudinem inferat.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc facram nostram declarantur legem, quæ & vigorem habet specialis nostri indulti, ea studeto gloria tua effectui & fini tradere.

TIT. XXIII.

UT CONSENSU MATRIMONIUM SOLVI POSSIT [17].

NOVELLA CONSTIT. CXL.

PRÆFATIO.

Nihil in rebus mortalium perinde [18] venerandum est, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omnisque deinceps fobolis series existat, quod regiones atque civitates frequentes reddat, unde denique optimæ reipublicæ coagmentatio fiat. Quocirca conjugibus matrimonia adeo fortunata optamus, ut nunquam adverso numine inita esse videri queant, neque illi citra justam dissolvendi matrimonii caufam a se invicem recedant. Verum, quoniam ut in omnibus hoc fervetur, perquam id difficile est, (ut enim in tanta multitudine non aliquæ atroces irreconciliabilesque inimicitiæ incidant, prorsus impossibile est) par esse putavimus, ut hujus rei remedium aliquod comminisceremur: præcipue vero, ubi pusillanimitas eo progressa fit, ut, quod odium inter conjuges obortum fuerit, mitigari & componi nequeat. Pro veteri [19] sane juris ratione fas atque licitum fuit, ut ifiusmodi a se invicem recederent, dummodo id communi [20] voluntate atque consensu facerent. Adeo vero, ur multæ leges essent, quæ hac de re & agetent & constituerent: cum etiam talem matrimonii dissolutionem bona gratia [21] fieri patria [22] lingua dicerent. At postmodum a patre [23] nostro facratissimo principe, (qui pietate atque sapientia omnes quotquot unquam imperarunt, superavit) dum ad benignum fuum atque firmum propositum respiceret, nec non ad aliorum etiam miserum & pusillanime consilium oculos converteret, scripta lex [24] est, quæ consensu matrimonia solvi vetat. Quam sane nos etiam obtinere, atque in suo vigore manere magnopere velimus. Verum permulti nos adierunt, qui matrimonium quo inter se nexi essent, mutuo odissent atque averfarentur, & (id quod dolendum valde, ac alioqui molestia moreroque plenum est) propterea belligeratum domi pugnatumque esse per criminationem exponerent, ideoque matrimonium solvi peterent, tametsi [25] caufas, ob quas tuto id illis facere lex concederet, nullas afferre possent: nos vero alias monendo, alias minis terrendo, ut a mutuo inter se, eoque citra caufam fuscepto odio desisterent, & ad concordiam proclimarent, animisque inter se pacatis essent, illorum in his desiderium festinationemque ad tempus fuspendimus. Sed nihil profecimus. *Eos siquidem qui violento affectu odioque semel correpti fuerint, perquam est difficile* [26] *reconciliare.* Contigit enim ut ex his nonnulli ad mutuas insidias procederent, venenisque, & aliis quibusdam quæ lethalia essent, uterentur in tantum, ut sæpe neque liberi, qui ipsis communiter nati essent, illos in unam candemque voluntatem conjungere potuerint.

CAP. I.

Quum itaque hæc a nostris temporibus aliena judicaremus, ad præsentem facram legem respeximus, per quam statuimus, ut prout olim [27] juris fuit, matrimoniorum solutiones ex consensu fieri liceat [28] & ne amplius patris nostri fanctione in eos qui consensu matrimonia dirimunt, constitutæ pœnæ in usu sint. Si [29] namque mutua affectio matrimonia conficit, merito [30] diversa voluntas eadem per consensum dirimit, modo hanc missi repudii libelli fatis declarent. Cæterum illud manifestum sit, quod alia omnia quæ legibus, & præcipue sacris patris nostri constitutionibus de matrimoniis liberis, & caufis per quas dirimere matrimonium permissum est, aut de iis etiam qui nulla de caufa (non tamen ex communi voluntate, & consensu, quomodo præsens nostra lex constituit) matrimonium solvunt, & de constitutis in illos pœnis cauta sunt, ex præsenti etiam nostra lege ob tinebunt, fuamque per omnia vim habebunt.

EPILOGUS.

† Proinde quæ a nobis in publicum usum producta sunt, & per præsentem facram declarantur legem, gloria tua confueto modo per regiam hanc urbem omnibus manifesta redli jubeto. Dat. 17. Kal. Octobr. *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno I. [31].

TIT. XXIV.

EDICTUM DE HIS QUI LUXURIANTUR CONTRA [32] NATURAM.

NOVELLA CONSTIT. CXLI.

Imp. Justin. August. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

Cum semper omnes benignitate, ac bonitate Dei indigeamus: tum vero maxime hoc tempore, cum propter peccatorum nostrorum multitudinem variis ipsum modis ad iracundiam provocavimus. Et quanquam ministra est, & clare ostendit, quibus fecundum peccata nostra digni essemus: tamen clementer nobiscum egit, iramque

---

1 Synodorum intermissio caufa malorum in ecclesia fuit. Synodos autem annuas intelligit, de quibus vide *Novell.* 123. c. 10. adde c. 36. *Canon. Apostol.* 2 Liturgiæ cognitio in clericis requiritur: hoc est, ut foliant saltem liturgias sacras legere, adde *Novell.* 123. c. 12. Justianus *cap.* 429. vertit *& literas scire.* 3 Λειτουργίας. 4 Corruptelas electionis episcopalis Justinian observa: Nonnulli quippe tum eligebantur, fine examine, fine rectæ fidei vitæque honestatis testimonio. 5 Episcoporum ordinationes cum omni rigore & diligentia fieri debent. 6 De fuga sua in Pontum. 7 In oratione funebri Athanasii Alexandriæ episcopi. 8 Sed præstat Græca verba adscribi. Καθαρθῆναι δεῖ πρῶτον, εἶτα καθάραι, σοφισθῆναι, καὶ σοφίσαι, γνωσθῆναι φῶς, καὶ φωτίσαι, ἐγγίσαι θεῷ καὶ προσαγαγεῖν ἄλλοις, ἁγιασθῆναι, καὶ ἁγιάσαι, χειραγωγῆσαι μετὰ χεῖρας, συμπαθῆσαι μετὰ συνέσεως. 9 Simul discipuli & præceptores. 10 Χθὲς ἱερεῦσαι καὶ σήμερον ἱερεῖς. Χθὲς τῶν ἁγίων ἐξω, καὶ μυσταγωγοὶ σήμερον. Sic Aristides in Encomio Romæ, *οἱ χθὲς ἐκτετιμημένοι, σήμερον ἐπίλοιποι.* Ceterum χθὲς δοῦλος ἐπίσκοπος, σήμερον ὁ αὐτὸς δεσπότης. heri servus, hodie liberrus, vid. *l.* 7. § 2. *in fin. ff. de injuriis.* modo taxeota & baleina, mox facerdos *l.* 53. *Cod. de epis.* Tertull. *lib. de præscr. adversus hæreticos*: Ante fuit præfecti catechumeni, quam diaconi. & *post*: hodie diaconus, qui erat lector: hodie presbyter, qui erat laicus: heri catechumenus, hodie pontifex: heri in amphitheatro, hodie in ecclesia: vesperi in circo, mane in altari. *Hieron. ad Oceanum*, ὃν ἐχειροτόνησαν λαϊκὸν τὸν χειροτονοῦντα μετὰ μικρὸν ἱερέα καὶ ἐπίσκοπον. *Novell. 6. cap. 1. §. 2.* 11 *Canone* 12. ad Amphilochium: adde *c.* 16. *Apost.* 12 *Nicen. synod. c.* 3. 13 Συνείσακτον. *Scrimg. vid. Novell.* 123. *c.* 29. *Nov.* 133. *c.* 3. vide quæ not. ad *l.* 19. *Cod. de episc.* 14 Χειροτονεῖσθαι. 15 Clerici & primates civitatis eligunt episcopum *ut hic & I. ibi, ipsis eligentibus.* & ita, si non plebs tota, priores tamen plebis ad electionem episcoporum fuerunt adhibiti, *dict. Novell.* 123. *c.* 1. Goth. Male hinc colligunt laicos cum clericis habere jus eligendi feu nominandi episcopum, *primores* enim hic funt primores ecclesiastici, ut funt Archidiaconi, Archipresbyteri. *Gloss. in Nov.* 123. *cap.* 1. *in pr. & Nov.* 123. *cap.* 8. Anf. 16 Evangelia facrofanctis propositis multa in jure fieri jubentur, verbi gratia, electio episcopi, *ut hic & Nov.* 123. *cap.* 1. litis univerfæ difceptatio atque dispunctio *l.* 14. *in fin. pr. C. de jud.* alienationes ecclesiasticæ & similes actus. *l.* 17. § 2. *C. de sacr. eccl.* 17 Tres proponebantur, ex quibus eligeretur Episcopus. *Nov.* 123. *c.* 1. Tacitus *in Annalium initio* 77. *ubi* refert, mortuo Flaminæ diali, postis fuisse, patricios conterritis parentibus genitos, tres simul nominari, ex queis unus legeretur vetusto more. Hæ ille. Confer utique, in locum Judæ Apostolos, duos tantum ibi ausisse, ut, in suem eorum fors ceciderit, is apostolatu fungeretur, *Actor. I. vers.* 23. 26. 18 Ibid. c. 1. 19 Fides episcopi. 20 Julianus *c.* 428. honeste vixe esse, & literas scire, eos eligerunt: & autor *Eclog. 9. tit. 2. c. 25. ἵνα μὴ γράμματα ἴσωσι.* 21 Vita Episcopi. 22 Ætas episcopi, & ita abrogatur *Nov.* 123. *c.* 1. *§.* 1. qua vetatur quis opus eligi, nisi

---

1 *c.* 14. *vers.* 16. 2 *Nov.* 6. *cap.* 1. § 2. Idiotam laicum nominat *Chrysostomus.* 3 *cap.* 10. *vers.* 10. 4 Προσκομιδῆ, oblatione. Justinianus superius dixerat ad se pertatum, episcopos quosdam electos fuisse, qui facræ communionis, seu oblationis, & sacri baptismatis, & similes orationes ignorent, *hac Nov. in fin. princ.* ideoque ut huic occurrat morbo, jubet, ordinandum episcopum eas orationes prius recitare *cap.* 2. *§. hic.* Jubet etiam, ut five baptismus, five communio celebretur, utraque oratio palam, & audiente & intelligente populo, recitetur, eoque *c.* 14. *Epiph. l. ad Corinth.* refert. 5 Provinciarum præsides, episcopos, metropolitanos & archiepiscopos negligentes, suum munus ut impleant, posse cogere. 6 Id est, anno 541. 7 Hanc constitutionem restituit P. Pitheus. Exstat eadem, sed alia forma, apud Haloandrum, apud quem hoc secundum caput ita legitur, ὅτι πᾶσιν ἔξεστι τὰ βακτηρικὰ κτήματα ἐχειν ἴσως, quod convenit *l.* 43. *ff. de vulgari.* Goth. Vid. *Novell.* 121. *c.* 1. 60. & Rittershus. *part.* 3. *c.* 9. Anf. 8 Adde *Nov.* 123. 9 *d. Nov.* 131. 10 Clausula. Si preces veritate nituntur, rescriptis solet inferi: de qua vid. *l.* 7. *Cod. de diversi. rescript.* 11 *Nov.* 123. *cap.* 1. Goth. Ad hanc Novell. vid. Rittershus. *part.* 12. *cap.* 10. Anf. 12 Adde *l.* 57. *ff. de ritu. & Nov.* 154. 13 Separatio namque uxoris a marito data est, *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de pign.* 14 Multum tribuitur precibus parentum, nomine vel sam prolem habentium: adeo ut eorum nomine parentes nuptias suas retineant, illicitas alioquin. *d. l.* 57. bonorum etiam publicatio eis interdum præcidtam ob caufam remittitur. *l.* 7. § 3. *ff. de bon. damnator.* 15 Indulgentiæ non trahuntur in exemplum, *l.* 1. *in fin. ff. de const. princ.* 16 Pœna publicandis jus retinendi illiciti conjugii, quod multis locis hodie non fervatur, cum dispensationes ad matrimonia contrahenda gradus intra prohibitos indulgeri vel etiam vendi soleant. Quod probari hac Nov. nullo

thios epistola [1]. *Caterum* (inquit) *si solum benedicis spiritu, is qui idiotæ* [2] *locum implet, quomodo tuæ gratiarum actioni subjiciet Deo sanctum illud Amen? si quidem quid dicas, non novit: tu autem pulchre gratias agis, sed alius non ædificatur.* Et rursus in ea quæ est ad Romanos [3], sic dicit: *Corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Idcirco igitur convenit, ut ea precatio quæ in sancta *allatione* [4] dicitur, & aliæ orationes cum voce a sanctissimis episcopis & presbyteris proferantur Domino nostro Jesu Christo Deo nostro cum Patre & Spiritu sancto, scituris religiosissimis sacerdotibus, quod si quid horum contempserint, & horrendo Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi judicio rationem redituri sunt, & nos ista cognoscentes non relinquemus quieta, & inulta. §. 1. Jubemus autem & provinciarum præsides [5] si quid neglectum ex his quæ statuimus invenerint, primum quidem cogant metropolitas & alios episcopos dictas synodos congregare, & omnia implere quæcunque de synodis per præsentem legem jussimus. si vero eos morantes noverint & remissos, tunc nobis indicent, ut ad competentem protinus correctionem procedamus contra detrectantes synodos celebrare: sciturisvero ipsis præsidibus & obedientibus ipsis officiis, quod si quidem ista non fervaverint, extremis subjicientur suppliciis. Confirmamus autem & per præsentem legem omnia a nobis diversis legibus fancita de episcopis & presbyteris & cæteris clericis, ad hæc & xenodochis & orphanotrophis, & cæteris quicunque venerabilibus locis præsunt.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per præsentem manifestata sunt legem, tua claritudo per prothemata in consuetis locis regiæ civitatis affixa in cognitionem omnium perducere festinet, & manifesta facere omnibus qui provinciis præsunt. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* DN. JUST. PP. Aug. BASIL. V. [6] C. CONS.

TIT. XXI.

DE [7] USURIS SUPRA [8] DUPLUM NON COMPUTANDIS.

NOVELLA CONSTIT. CXXXVIII.

Imp. Just. PP. Aug. Hermogeni Magistro officiorum.

Manifestissima est nostri nominis constitutio [9] quæ usque ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alii adhuc minus confecuti sunt: hi quidem qui in duplum ex usurarum quantitate per diversa tempora confecuti sunt, nullam adversus te inquietudinem proponere concedantur: alii autem si simili modo repleti fuerint, eo modo silere compelluntur. Et si debita subsecuti fuerint, fœneratitias cautiones recuperare, vel si remanserint, suis viribus vacare, si [10] preces veræ sunt, præsentis oraculi sanctione decernimus.

TIT. XXII.

INDULGENTIA ILLICITE CONTRACTARUM NUPTIARUM.

NOVELLA CONSTIT. CXXXIX.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri. Imp. Cæsar, Flavius Justin. August. Floro.

PRÆFATIO.

Redit ad nos gloria tua incolas Syndios pagi, neque non Hebræos in Tyro insula, illiciis contractis nuptiis, in facram nostram incidisse constitutionem [11], nec secundum ea quæ de hoc constituta sunt, quartam bonorum suorum partem inferre: jamque [12] ex iis nonnullos in tertia ætate consistere & filiorum patres esse, ac propterea cum lacrymis supplicasse, ne nunc tandem uxores a se dimittere [13] compellantur: sed ut tam ipsas retineant: quam qui [14] ex ipsis procreati sunt filii, aut procreabuntur, successores eorum existant, neque ullam exinde revereantur pœnam.

CAP. I.

Sancimus igitur ut pro hujusmodi indulgentia propter præfatas caufas singuli denas auri libras præbeant, ipsisque vel solis major illa pœna remittatur, & tam uxores, quam qui exinde nati sunt, & (ut poteit fieri) postea nascentur, successores habeant, neque id a nobis in exemplum [15] aliis fancitum intelligatur: fed quocunque alio scituro, quod si quid tale peterit: ultra hoc quod petitis non potietur, etiam facultates amittet [16] atque insuper corporalibus pœnis exceptis, perpetuum incolet exilium. Nemo autem his qui a nobis nostra dignati sunt indulgentia, aut eorum uxoribus existentibusve vel futuris filiis, aut bonis, five ex judiciaria sententia, five alio quocunque modo inquietudinem inferat.

EPILOGUS.

† Quæ igitur nobis placuerunt, & per hanc facram nostram declarantur legem, quæ & vigorem habet specialis nostri indulti, ea studeto gloria tua effectui & fini tradere.

TIT. XXIII.

UT CONSENSU MATRIMONIUM SOLVI POSSIT [17].

NOVELLA CONSTIT. CXL.

PRÆFATIO.

Nihil in rebus mortalium perinde [18] venerandum est, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omnisque deinceps fobolis series existat, quod regiones atque civitates frequentes reddat, unde denique optimæ reipublicæ coagmentatio fiat. Quocirca conjugibus matrimonia adeo fortunata optamus, ut nunquam adverso numine inita esse videri queant, neque illi citra justam dissolvendi matrimonii caufam a se invicem recedant. Verum, quoniam ut in omnibus hoc fervetur, perquam id difficile est, (ut enim in tanta multitudine non aliquæ atroces irreconciliabilesque inimicitiæ incidant, prorsus impossibile est) par esse putavimus, ut hujus rei remedium aliquod comminisceremur: præcipue vero, ubi pusillanimitas eo progressa fit, ut, quod odium inter conjuges obortum fuerit, mitigari & componi nequeat. Pro veteri [19] sane juris ratione fas atque licitum fuit, ut ifiusmodi a se invicem recederent, dummodo id communi [20] voluntate atque consensu facerent. Adeo vero, ur multæ leges essent, quæ hac de re & agetent & constituerent: cum etiam talem matrimonii dissolutionem bona gratia [21] fieri patria [22] lingua dicerent. At postmodum a patre [23] nostro facratissimo principe, (qui pietate atque sapientia omnes quotquot unquam imperarunt, superavit) dum ad benignum fuum atque firmum propositum respiceret, nec non ad aliorum etiam miserum & pusillanime consilium oculos converteret, scripta lex [24] est, quæ consensu matrimonia solvi vetat. Quam sane nos etiam obtinere, atque in suo vigore manere magnopere velimus. Verum permulti nos adierunt, qui matrimonium quo inter se nexi essent, mutuo odissent atque averfarentur, & (id quod dolendum valde, ac alioqui molestia moreroque plenum est) propterea belligeratum domi pugnatumque esse per criminationem exponerent, ideoque matrimonium solvi peterent, tametsi [25] caufas, ob quas tuto id illis facere lex concederet, nullas afferre possent: nos vero alias monendo, alias minis terrendo, ut a mutuo inter se, eoque citra caufam fuscepto odio desisterent, & ad concordiam proclimarent, animisque inter se pacatis essent, illorum in his desiderium festinationemque ad tempus fuspendimus. Sed nihil profecimus. *Eos siquidem qui violento affectu odioque semel correpti fuerint, perquam est difficile* [26] *reconciliare.* Contigit enim ut ex his nonnulli ad mutuas insidias procederent, venenisque, & aliis quibusdam quæ lethalia essent, uterentur in tantum, ut sæpe neque liberi, qui ipsis communiter nati essent, illos in unam candemque voluntatem conjungere potuerint.

CAP. I.

Quum itaque hæc a nostris temporibus aliena judicaremus, ad præsentem facram legem respeximus, per quam statuimus, ut prout olim [27] juris fuit, matrimoniorum solutiones ex consensu fieri liceat [28] & ne amplius patris nostri fanctione in eos qui consensu matrimonia dirimunt, constitutæ pœnæ in usu sint. Si [29] namque mutua affectio matrimonia conficit, merito [30] diversa voluntas eadem per consensum dirimit, modo hanc missi repudii libelli fatis declarent. Cæterum illud manifestum sit, quod alia omnia quæ legibus, & præcipue sacris patris nostri constitutionibus de matrimoniis liberis, & caufis per quas dirimere matrimonium permissum est, aut de iis etiam qui nulla de caufa (non tamen ex communi voluntate, & consensu, quomodo præsens nostra lex constituit) matrimonium solvunt, & de constitutis in illos pœnis cauta sunt, ex præsenti etiam nostra lege ob tinebunt, fuamque per omnia vim habebunt.

EPILOGUS.

† Proinde quæ a nobis in publicum usum producta sunt, & per præsentem facram declarantur legem, gloria tua confueto modo per regiam hanc urbem omnibus manifesta redli jubeto. Dat. 17. Kal. Octobr. *Constantinop.* Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno I. [31].

TIT. XXIV.

EDICTUM DE HIS QUI LUXURIANTUR CONTRA [32] NATURAM.

NOVELLA CONSTIT. CXLI.

Imp. Justin. August. Constantinopolitanis.

PRÆFATIO.

Cum semper omnes benignitate, ac bonitate Dei indigeamus: tum vero maxime hoc tempore, cum propter peccatorum nostrorum multitudinem variis ipsum modis ad iracundiam provocavimus. Et quanquam ministra est, & clare ostendit, quibus fecundum peccata nostra digni essemus: tamen clementer nobiscum egit, iramque

---

modo potest. Nam si punluntur, qui rescripta postulant ad retinendas hujusmodi nuptias, multo magis puniendi, qui ad contrahendas. Favetur enim semper magis retentioni, quam novis petitionibus.

17 Reductitur jus vetus legis 60. 61. 62. *ff. de donat. inter vir. Novell.* 22. *c.* 4. abrogatæ *Nov.* 117. *c.* 10. Est tamen hæc Novell. Justini, non Justiniani. Eadem extat J. interconstitutiones Justini, quam non possis nisi injultam & injustissimam dicere. *l.* 8. *C. de repudiis.* 18 Laus matrimonii. 19 Jus vetus repudiorum & divortiorum. 20 Non altero invito. 21 Bona gratia dicitur matrimonium dissolvi, quotics a dissolvitur volentibus conjugibus. Titmonius: quanta fiultitia cupidinis; petunt consilium bona gratia, ut parvificiatur. Bona gratia, idem est, quod apud Terentium *in libro de Monogamia*, amica feparatione viduari. Ut ad rem redeam, dissolvitur matrimonium bona gratia, interdum ex caufa, *ut d. l.* 60. 61. 62. interdum sine justa caufa, *ut hic.* 22 Id est, Romana, *Nov.* 7. *c.* 1. *Nov.* 22. *c.* 2. *Nov.* 30. *c.* 5. *Nov.* 69. 23 Id est, Justiniano. 24 *Nov.* 22. *c.* 4. 25 Id est, etiam sine justa caufa, mutuo tamen consensu potest matrimonium dissolvi. 26 *Nov.* 22. 27 Jure vereri inter volentes, quavis de caufa, permissum reputdium. 28 Id est, mutuo consensu matrimonia possunt dissolvi constitutione hac Justini. 29 Caufa dubitandi fumitur ex his, quæ dicuntur in *leg.* 35. *ff. de reg. jur.* 30 Imo non recte *l.* 8. *C. de repudiis.* 31 Id est, anno 566.

32 Περὶ ἀκολουθούντων *Scrimg.* adde *Nov.* 77. 20. *Levit.* 13. *Exod.* 22. περὶ ἀτελῶν καὶ τῶν ἀρρενοκοιτῶν, 60. *Eclog.* 39. § 4. *Instit. de public. jud. l.* 31. *C. ad l. Jul. de adult.* Collatio legum Mosaicarum *titul.* 6. *de fugitivis.* & ita quoque hic titulus conceptus est in Justice Rerum. 6. Harm. 4. *